

usque locum fratrum minorum. Et qui contrafecerit, soluat pro banno gross. quatuor. Et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni, si accusauerit.

Quod nullus poterit follaros refutare.

LXXVII. Si aliqua persona uoluerit dare follaros pro aliquo debito uel mercato, quod contraxerit, uel fecerit creditor uel ille, qui debet recipere pecuniam, non possit refutare foll. a decem yperp. infra exceptis follar. falsis. Et quicunque contrafecerit, soluat medium grossum pro quolibet yperp.²¹⁷⁾

De his, que non debent emi ab his qui stant super vineis.

LXXVIII. Aliqua persona non debeat emere occasione reuendendi herbas, tedam,²¹⁸⁾ pisces, fructus nec eciam oua, gallinas uel gallos, lepores, perdices uel aliquas saluaticinas ab aliqua persona nec eciam ab his qui stant super vineis. Et qui contrafecerit, perdat dictas res et soluat qualibet uice pro banno yperp. 7 (?); verumtamen a patronis tam uiris quam mulieribus quilibet sine pena possit emere occasione reuendendi fructus et herbas.

De aurificibus ut non laborent peius argentum quam Sterlini.

LXXIX. Nullus aurifex audeat laborare peius argentum quam sterlini.²¹⁹⁾ Et quicunque laboraverit perdat laborerium et insuper soluat pro banno yperp. quinque. Et ero studiosus inquirere cum sociis meis duabus uicibus in anno ad minus omnes aurifices, quod non laborent deterius argentum, quam sterlini.

De caso ut non portetur extra ciuitatem causa reuendendi.

LXXX. Aliqua non debeat emere . . . die folgenden Blätter, enthaltend die Numinern LXXX, LXXXI, LXXXII, fehlen und scheinen gewaltsam entfernt worden zu sein.

MCCCLXXXVI Indict. IX, die VIII de Março. Memoria de le iusse mesure del vino.

LXXXIII. Ho sagomado e mesurado le mesure dei uini cum aqua clara marina a pexo sotile dargento.

Pixa in prima el meço quinquaginta grande implando in fin ameço la lengueta libr. trenta tre et vnçë sei Pixa lo meço quinque piccolo da tauerna a batudo del quinquaginta grande la octaua parte per la doana del uino libr. vintinoue vnçë tre, saçci quattro e meço.

²¹⁷⁾ Unten eine Note, gehörig zu Capitel 76: Tempore nobilis et potentis uiri domini Marci . . . honor, comitis Rag. M. CCC. LII, indict. quinta die ultimo mensis Junij de uoluntate minoris et maioris consilij declarata fuit lega sterlini in hunc modum videlicet quod XV partes esse debeant de argento fino et XVI partes.

²¹⁸⁾ I. q. pinus.

²¹⁹⁾ Sterlinus, i. q. esterlinus. Dieser Ausdruck wird sowohl von einem Gewichte, als einer Münze als einer Qualität des Goldes gebraucht.